

Item adde, f quod si testes diuerso modo deponerent de genere armorum, nihilominus probaretur homicidium, Marf. Ang. 206. conf. 37. Bertaz. conf. 5. num. 11. Baiar.

y Ita communiter concluditur. Farin. d. q. 67. §. 4. numer. 116. 154. & 158. ac 135. & 148. & 164. & 165. & 168. & 172. 478. & sequent. Ros.

z Non nocet, quod sint varijs. Adde Crau. conf. 6. & confil. 35. sub numer. 15. & confil. 78. numer. 3. & Tract. de antiq. temp. par. 4. memb. 9. & 10. versic. sed enim vbi diffusè loquitur, Boff. Tit. de Tort. numer. 27. quod limita vt per Petiã. Tract. de fideicom. pro. q. 12. nu. 627. versic. potest tamen responderi, cum plurib. seq. Vide tamen Iaf. in contrarium, in l. in testamento, ita quidam, ff. de cond. & demonst. vbi si sunt quatuor, vel plures demonstrationes, & una, vel due tantum reperiantur concordēs, non dicitur constare de illo corpore, pro quo concordat duæ tantum demonstrationes, Alexan. conf. 153. num. 5. vol. 2. Dic tamen aliud esse in depositione Testis, qui concordari potest cum altero Teste, aliquid narrando in una re, in vna altera vero nõ; prout sepius occurrit in Euangelio, maximè in facto durabili, & successiuo, vt per Pet. Tract. de fideicom. prohib. q. 12. num. 895. Alex. lib. 2. de verb. sig. sub num. 34 cum similib. & tunc prætermittit, vel amplius addit demonstrationes minime vitiant vt est variatio in pronomine, agnomine, in loco originis vnius partium, & similia: Cypre. decis. 142. sub numer. 30. Aliud esset in describendo, siue confinando terram, vel rem aliquam Talis enim descriptio & confines, si nõ sunt concordēs in omnibus, tunc constare perfectè non dicitur de corpore descripto, & tunc procedit dicta lex in Testamento, ita quidam ff. de condit. & demonst. exemplū pone inter duo flumina aqua lia extare per longitudinem plurimas petias terrarum, volo describere petiam terræ, cui coheret flumen Ardæ, & flumē Lonhina, istæ duæ demonstrationes sunt nempe concordēs multis petijs terrarum; sed si addo, ab alia vero parte coheret G. M. cum tamen coheret L. M. tunc vitatur descriptio, nec constare dicitur de illo corpore, pro quo queritur; & hoc nisi aliter de veritate constet, vt per Alex. conf. 8. vol. 4. quem refert addit ad Felin. in cap. significante, col. fin. de referpt. vide Menoch. Tract. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 2. caf. 105. numer. 12. August. ad Angel. de Malef. in verbo: Cautum Sem-

pronij. num. 6. & dum hic dicitur, quod testis circa extrinsecã deponens, licet falso, quod ob id non vitetur eius dictum Contrarium vide Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 4. caf. 307. sub numer. 5. Vbi quod imo vitatur, licet falsi penam euitet: punitur etiam extraordinariè. supra, §. falsum, versic. Sed quid si testis post regulam in contrarium, quod scilicet quantum testis vario modo loquitur, secundum dictum attendi debeat. Et hanc dicit esse communem opin. Dec. sibi contrarius cõs. 429. num. 17.

Tu vero pro resolutione huius quæst. que satis confusè tractatur a Doctõribus, distingue nonnullos casus.

Primus casus est, quando testis primi dixit, vnum extra iudicium, deinde in iudicio deposuit contrariū eius, quod extraiudicialiter dixerat. Et hoc casu Bart. in l. eos, num. 4. ff. de fals. tenuit, quod sit standum primo dicto, & quod pro secundo puniendus est tanquam falsarius: nihilominus magis communis opin. videtur esse contra Bart. scilicet, quod imò standum sit secundæ depositionis facta in iudicio. Et ita dicit communiter teneri Ang. de malef. in verbo, Falsario num. 23. Corn. consilio 58. in littera 1. libro 1. vbi dicit, quod in hoc omnes concordant. Hanc etiam opin. dicit esse communem Abb. in cap. per tuas. numero 11. de probation. prout illum refert Ferrer. consil. 196. num. 19. licet in libro meo id non dicat, Alexand. consilio 74. numer. 3. lib. 1. & consilio 222. nume. 13. lib. 2. quem refert Crauet. consil. 6. nu. 7. Corn. consil. 297. circa fin. libro 4. Tyn-dar. de testibus lib. 2. cap. 1. numero 7. Angel. de Verbald. inter consilia criminalia diuersorum consilio 73. nu. 1. lib. 2. Bertach in verbo, falsitas, numero 103. Riminald. consil. 48. num. 7. vbi. Apostil. Thomas Ferret. caut. 13. præsumptiones pro se, vide etiam Viu. opin. 903. vbi idem tenet, quod secundæ depositioni iurata standum sit, & quod non possit puniri de falso. Baiar.

f Quod imò standum sit. Far. d. q. 66. par. 2. num. 83. vol. 3. & par. 6. num. 193. Ros.

g Facta in iudicio. Adde etiã per Menoc. ubi sup. nu. 22. quia. n. seq. tradit quinq; declarationes notatu dignas. Et v. per Crau. d. cõs. 6. sub n. 46. 47. Aduerte etiã, qd ex tali testimonio iudiciali nõ potest ad sententiã diffinitiuã perueniri, sed torqueri debet testis, per Crau. cõs. 75. n. 30. qui & nu. seq. dicit, qd imò standum dicitur extraiudiciali haberi plures præsumptiones pro se. Gi. Bene

h Bene verum est. Farinac. d. q. 66. par. 6. num. 111. Ros.

i Scias tamen. Adde, & plenius per Menoch. vbi sup. nu. 22. Giach.

Scias tamen. Adde, qd testis ratione depolitionis extraiudicialis non iurata debet puniri pena extraordinaria criminis felonatus, Bald. in l. 1. num. 2. C. de sepul. violat. Felinus in c. tua res, de iureiu. Socin. conf. 107. in princ. vol. 1. Afflict. decis. vltim. Gramm. vot. 36. Gabr. cõmun. concl. lib. 7. tit. de malef. concl. 5. nume. 24. & ex tali testimonio iudiciali ad sententiã diffinitiuã deueniri non potest; sed testis torqueri debet, vt per Cruet. in conf. 75. num. 30. Et si prima depolitionis fuerit cum iuramento, erit puniendus de periuurio, & non pena falsi quæ si ea tantum admittenda sit contra testem in iudicio falsum deponetem, & tunc ipsi testi nõ credatur propter manifestum periurium, ita tradit Cour-tuui in 1. part. relect. §. 7. n. 5. circa fin. Baiard.

K Cum iuramento. Ad de, vt per Campg. tract. de testib. reg. 277. versic. 6. Fallit, vt per Capol. in terminis suo consil. crim. 60. nu. 9. & col. 3. versic. nec obstat qui in 2. princ. dubio, col. pen. versic. super secundo principali dubio, tenet, quod si testes, quia in causa deposuerunt, ponuntur ad torturam, & dicit contrarium eius, quod, vel primo, vel secundo loco in iudicio dixere, standum erit vltimo dicto in tormentis, & idem si primo dixerunt extra iudiciũ cum iuramento vnum, & postea cum iuramento in iudicio dixerunt contrarium. Et sub nu. 19. limitat duobus modis illud, quod dixit standum esse vltimo dicto cum tormentis. Itẽ numero 28. docet cautelam pulcherrimam, quod stetur vltimo dicto testis: vide etiam quæ dixi in col. lecta mea com. opin. cap. testis, num. 52. Obiter ad materiam quero: An testes, qui semel deposuerunt, possint petere sibi legipriam eorum depolitione, & ad eam se referre, san-vero compellantur extensè

quæstio est. Et dicit Felin. cap. cum in tua, num. 10. de testibus, quod hæc pars est communior, & verior, quem refert Boer. decis. 108. nu. 2. & consil. 40. nume. 116. & Gram. consil. 65. nume. 6. & Apostil. ad Crot. de testibus, post num. 345. in verbo, non tollitur. Idem etiam dicit Aret. in d. c. per tuas, in vltimis verbis, Felin. in c. inquisitioni, §. 3. circa fin. de accusat. quem refert Didac. lib. 2. resolutio num. cap. 13. nu. 7. Dec. in d. c. per tuas, nu. 41. de probat. Ruin. conf. 57. post num. 8. lib. 1. Boff. in tit. de oppos. contra testes, num. 3. Menchiaca controu. vsu frequentium, c. 32. num. 4. Illud etiã dictum Bart. communiter reprobari ait Capolla cõs. crim. 61. versic. Tertio quia, Publicus super consuet. Aluer. fol. 28. num. 49. Et quod hoc casu præferendum sit secundum dictum iuratum, & in scriptis solemniter receptum, dicit esse communem Alexan. conf. 66. nu. 20. lib. 6. Marsi. sing. 212. com. vniuersi omniũ.

Bene verum est, quod debilitatur fides huiusmodi testis, & ita dicit fieri omnes Doct. Aret. consil. 71. col. 2. nu. 1. in fin. quem refert Boff. in loco præallegato, & idem poterit testis torqueri, vt dixi supra quæst. 25. versic. sed pone. Scias tamen, quod si testis illud, quod dixit extraiudicialiter, dixisset cõ iuramento, dende contrarium etiam cum iuramento deposuisset iudicialiter tunc foret procederet opi. Bar. vt scilicet posset de periuurio condemnari, ex quo reperitur positus inter iuramenta contraria. Et hanc dicit esse communem Doctõrum opi. Camerari. in consil. suo matrimoniali post consilia Zabarel. nu. 5. quam etiam se vidisse in practica obseruari attestatur Boff. in loco præallegato.

Secundus est casus, quando testis deposuit vnum in iudicio cum iuramento, deinde extra iudicium illud dictũ reuocauit. Et hoc casu standum est eius primo dicto iudiciali. Et hæc est cõmunis opinio, vt sentit Gratus consilio 59. nu. 26. lib. 2. Menchiaca in d. cap. 32. post numerũ 3. versic. Tertio casu, & hoc etiam si testis talem reuocatione faceret in articulo mortis constitutus, & ita videtur tenere Bart. in l. si quis in gram, §. si quis moriens, in vltimis verbis, ff. ad Sylla. et in d. l. eos, num. 4. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Alex. in l. sciendum, num. 33. in fin. ff. de verbor. oblig. quem refert Didac. in d. cap. 13. num. 7. in fin. Cur. iun. in l. 1. num. 39. ff. si certum petat. Marsil. in rubrica de fideiusoribus, post nu. 39. Simancas de hæret. cap. 62. nume. 28. Plot. in repet. l. si quando, post nu. 65. 1.

Tertius est casus, quando testis in vno iudicio deponit contrarium eius, quod deposuerat in alio iudicio. Et hoc casu cum vtrunque dictũ sit iuratum, certum est, quod potest tanquam falsarius puniri. Et est communis opinio, vt dicit Camerari. in dict. consil. matrimoniali, nume. 3. & in hoc nulla videtur esse difficultas. Punctus est, quod dictum attendi debeat, scilicet primum an secundum. Et in hoc varia sunt scribentium opinioniones. Aliqui enim dicunt, quod ex quo apparet, quod in altero dicto est falsus, ei non creditur, neque in vna, neque in alia causa, & hanc dicit esse communem opin. Ruin. consilio 75. post nu. 8. lib. 1. Alij vero dicunt, quod si testis reuocet primum dictum in alio iudicio, siue civili, siue criminali, statur primo dicto. Et hanc dicit esse communem Alciat. de præsumpt. in 2. regul. præsumpt. 29. nu. 7. quem refert Menchiaca in dict. cap. 32. nume. 1. Et hæc opin. mihi magis placeat. Cum enim iam ex primo dicto iudiciali, & iurato quæsitum sit ius parti, non debet illud ab ea sine eius culpa, vel factio auferri posse. Faciunt ea, quæ dixi supra, versic. secundus est. Debilitatur tamen primum dictum quo ad fidem probationis. Et hanc dicit esse communem Dec. in dicto consilio 189. columua 3. prout illum refert Boff. in rit. de opp. contra testes, numero 6. Bene verum est, quod si essemus in casibus, in quibus etiam liber homo non admittitur ad testificandum, nisi cum tormentis, tunc standum esset illi dicto, in quo perseveraret in tormentis, licet in alio iudicio civili contrarium deposuisset. Si vero semel bene deposuisset in civili iudicio, licet deinde reuocaret in tormentis, staretur primo dicto.

deponere; vide, & dic, vt per Ofsac. dec. 118. Giach. 1. Secundus est casus. Quando vnum dicit in iudicio, & extra iudicium reuocauit Farin. q. 46. volum. 2. nu. 81. & q. 66. par. 2. nu. 85. & q. 66. par. 6. numer. 200. Ros.

Secundus est casus. Ad de iudicium. Gabriel. comm. concl. lib. 7. titu de malef. concl. 30.

Item adde, f si testis post depolitionem iudicalem extraiudicialiter dixerit, se falsum deposuisse, an, & quando tales assertiones præiudicet, & an probent contra ipsos confitentis, vide Anchar. cõs. 24. Dec. conf. 189. Socin. iun. conf. 39. nu. 54. vol. 2. Gram. consil. 57. n. 44. quæ omnes accumulauit Gabriel. com. concl. lib. 7. tit. de malef. concl. 32. nu. 11. vide etiam Marf. in repet. rubr. de fideiuss. nume. 42. & in conf. 78. nu. 18. & cõs. fil. 102. nu. 8. & conf. 101. num. 40. Baiard.

m Nisi cum tormentis. Farinacius dicta quæstione 66. parte quinta, num. 179. Ros.

n Standum esset illi dicto. Aduerte, quia illud non procedit, quando testis est periurus, vt per Crauet. eius conf. 6. post numerum 16.

Item scias, quod conclusio illa, quod statur dicto testis in tortura, procedit in civilibus, in quibus infamia testis purgatur per torturam, secus in criminalibus, ita per Crauetam eodem consilio sexto, numero quadragesimo septimo. Giach.

Cum

